



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

IN EPISTOL. XXIV.

**A**B Enbaldo) *En hic discipulus Alcuini? Epistolam citat fol. 55. v. 29:*  
*Malmesburiens. lib. 1. de Regibus Anglorum cap. 3. & lib. 3. de*  
*Pontificib. Angl. his verbis: Huius Egberti successor senex sub-*  
*stitutus est Eanbaldus, præfati Alcuini discipulus industri-*  
*us: vnde in epistola ad eundem dixit: Laus & gloria Deo,*  
*qui dies meos in prosperitate bona conseruauit, vt in exal-*  
*tatione filij mei charissimi gauderem, qui laboraret vice*  
*mea in Ecclesia, vbi ego nutritus & eruditus fuerã, & præ-*  
*esset thesauris sapientiæ, in quibus me magister meus dile-*  
*ctus Archiepiscopus Egbertus reliquit hæredem. Ipse est*  
*Eanbaldus, qui cum Ethelardo Archiepiscopo Cantuari-*  
*ensi multis probitatis officiis inuasionem, quam Offa Rex*  
*Merciorum super Cantuariensem Ecclesiam fecerat, ad ni-*  
*hilum redegit: quod Alcuinus significare videtur in episto-*  
*la ad eundem Athelardum ita dicens: Audiens salutem &*  
*prosperitatem vestram & conuentum cum Eboracensi Epi-*  
*scopo filio meo Eanbaldo, satis mihi placuit, speranti ex ve-*  
*stræ colloquio sanctitatis vnitatem sanctæ Ecclesiæ recom-*  
*paginari, quæ partim discissa est, non rationabili considera-*  
*tione, sed quadam potestatis cupiditate. Hac apud Mal-*  
*mebur.*

IN EPISTOL. XXV.

**M**Onachi S. Saluatoris) *Petrus Oldradus Archiepiscopus Medio-*  
*lanensis, in epistola ad Carolum Magnum de translatione S.*  
*Augustini Papiam anno 725. per Luitprandum Regem, ait: Præci-*  
*pue in palatio suo Oratorium in honorem Saluatoris mundi*  
*extruxit, vbi & Sacerdotes & Clericos multos instituit, qui*  
*die noctuq; diuina officia exoluerēt, attributis multis bonis*  
*et honestius & alacrius Deo inseruire possent. Hac de Papien-*  

Nnnn 2 si